

Adde merum¹ vinoque novos conpesce dolores²,

Occupet ut fessi lumina victa sopor³,

Neu quisquam multo percutsum tempora⁴ baccho⁵

Excitet, infelix dum requiescit amor.

5 Nam posita est nostrae custodia saeva puellae,

Clauditur et⁶ dura janua firma sera.

Janua difficilis domini, te verberet imber,

Te Jovis imperio fulmina missa petant.

Janua, jam pateas⁷ uni mihi, victa querelis,

10 Neu furtim verso cardine⁸ aperta sones.

Et mala si qua tibi dixit dementia nostra⁹,

Ignoscas¹⁰ : capiti sint precor illa meo¹¹.

Te meminisse decet, quae plurima voce peregi

Supplice, cum posti florida¹² serta darem.

1/ *Adde merum [vinum]* : le vin pur (non étendu d'eau) était très fort, presque impossible à boire. Ajouter du vin pur était le moyen le plus sûr de s'enivrer très vite. "Ego" s'adresse probablement à son esclave échanson.

2/ *Dolor* désigne ici le dépit ; le pluriel insiste sur la violence du sentiment.

3/ Construire : *ut sopor occupet lumina fessi [domini]*.

4/ *Percussum [dominum] tempora* : *tempora* est un accusatif de relation (cf *caput* dans le texte précédent) : litt : "assommé sur les tempes"

5/ *Multo baccho* = *multo vino* : personnification, Bacchus étant le dieu du vin.

6/ Construire : *et clauditur*. Scander le vers pour identifier la longueur des finales en -a.

7/ *Pateas* : subjonctif de volonté : [je veux] que tu sois ouverte.

8/ *Cardo, inis, m* : pivot de la porte encastré dans le seuil.

9/ *Nostra* = *mea*. Construire : *et si dementia nostra tibi dixit (ali)qua mala, [ea] ignoscas*.

10/ *Ignoscas* : subjonctif exprimant l'ordre, équivalent d'un impératif *ignosce* : pardonne-moi.

11/ Construire : *Precor [ut] illa [mala] sint capiti meo*. "Ego" demande à détourner sur sa propre tête les imprécations qu'il a pu formuler.

12/ *Florida serta* (acc. neutre pl.) : des guirlandes de fleurs. C'était une façon de remercier la porte si elle s'était montrée complaisante, ou au contraire de signaler qu'on avait trouvé porte close.